

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5076

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Guillaume, Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye, abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1162, 9 novembre

Lieu d'émission : Tours

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens, les droits et les libertés de l'abbaye de Savigny (Bulle rédigée d'après celle d'Adrien IV. Voir RAMACKERS, n° 81 et p. 198 ; SCRIPTA 5059).

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 109, p. 198-202.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 10781, t. 2, p. 162.

Texte établi d'après a

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS GVILIELMO ABBATI SAGINENSIS MONASTERII EIVSQVE FRATRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Religiosis uotis annuere etc. Eapropter etc. Statuentes, ut quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono Radulfi Filgiriensis et Henrici filii eius forestam Sauigneii cum omnibus appenditiis suis, ex dono Henrici Filgiriensis masuram de Coumalleria in parrochia Sauigneii et dimidium molendinum et dimidiam moltam totius parrochiæ Romagneii, ex dono Roberti filii Pagani terram de Romagneio cum appenditiis suis, ex dono Ricardi de Serlant ac filiorum eius VIII acras terre in Hamello et quoddam pratum iuxta Uadum Olendi eidem terræ contiguum, ex dono Pagani de sancto Bricio terram Melion et campum Guernonusle et mansuram Aucher et mansuram Aurinegiam et duas acras terræ in Uireio, ex dono Oliueri de sancto Hylario XX acras terræ in Surda Ualle et dimidium molendinum et dimidiam moltam de Pasbra(n) et unam acram terræ, ex dono Guilelmi comitis Moritonii et hominum suorum elemosinas de Surda Ualle, ex dono Matildis Peurel terram de Uenions cum molendino et molta eiusdem uillæ et aliis appenditiis suis, ex dono Mathei de Praeriis et Roberti fratris eius masuram de Montechabot in eodem Uenions, ex dono Guillelmi Patricii medietariam de Hais in parrochia Proceii et medietariam de Nuce in Landisac et molendinum et totam moltam eiusdem uillæ, ex dono Ricardi Baiocensis episcopi ecclesiam et decimas eiusdem uillæ, ex dono Roberti filii Ernesii terram de Basinu la, ex dono Roberti de Caligneio terram de Fontanis et terram de Cauuarneria, ex dono Radulfi de Roruscestre duas masuras terræ in parochia sanctæ Mariæ Lernost, ex dono

Iordani Taisson sex acras terræ in Uecuis, ex dono Guillelmi et Rogerii de Rupetra terram de Guimont et de Gurnai cum appenditiis earum, ex dono Roberti Marmion(is) locum de Barberio et terram et molendinum de Iorches cum appenditiis eorum, ex dono Ricardi Baiocensis episcopi ecclesiam et decimas eiusdem uillæ, ex dono Henrici regis Anglorum et Henrici et Radulfi Filgiriensium dominorum et hominum suorum et aliorum quorundam fidelium grangiam de Campo Botri et agros et uineas ad ipsam pertinentes, ex dono Ricardi et Herberti Abrincensium episcoporum decimam uinearum de Campo Botri ipsi grangiæ adiacentium, ex dono Hasculfi de Suligneio terram de Uacua Ualle cum appenditiis suis, ex dono Guillelmi de sancto Claro et Hamonis fratris eius quicquid habebant in uilla de Uilers et in uilla de Taun et terram de Mulfa, ex dono Ricardi Baiocensis episcopi concessione predicti Guillelmi et Amonis fratris eius ecclesiam ex integro et decimas supradictæ uillæ Uilers et decimas similiter et ecclesiastica beneficia in ecclesia de Taun et in capellaria de Fraxino ad terram monachorum pertinentia, ex dono Roberti de Tostis et Ricardi Baiocensis episcopi locum de Escures cum appenditiis suis, ex dono Guillelmi camerarii de Tanquaruilla Londam de Tour, ex dono Alani de Estaruilla concessione Ricardi Baiocensis episcopi decimam propriæ carrucæ suæ, ex dono Philippi de sancto Petro concessione Algari Constantiensis episcopi dimidiam decimæ totius parrochiæ Donnæuillæ et duas acras terræ in eadem parrochia, ex dono Henrici Filgiriensis piscariam de Donuilla in mari, ex dono Ricardi Bacon dimidium modium bladii in molendino de Blaigneio et terram Planæ Siluæ, ex dono Gaufridi de Clintonia molendinum Brencæ et unam acram terræ prope molendinum, ex dono Henrici regis Anglorum locum de sancto Alueo et locum de Donno Petro et locum de Fraisnosia cum omnibus ad predicta loca pertinentibus, ex dono Turgisii Abrincensis episcopi concessione Guillelmi comitis Moretonii ecclesiam sancti Hylarii de nouo burgo, ex dono eiusdem Guillelmi comitis ipsum nouum burgum Moretonii, extra nouum burgum duas carrucatas terræ, ex dono Turgisii Abrincensis episcopi concessione Roberti de Apentitio et Guillelmi eiusdem uillæ sacerdotis ecclesiam et decimas ex integro totius parrochiæ de Apentitio cum cimiterio et terra elemosinæ ipsius ecclesiæ, ex dono Turgisii Abrincensis episcopi concessione fratrum duorum Rannulfi et Guillelmi de Uireio et uxorum eorundem ecclesiam sanctorum Geruasii et Protasii de Uireio ex integro et totam decimam eiusdem parrochiæ, exceptis duabus garbis decimæ de masura Lanix, similiter ecclesiam sancti Martini de Bresceio ex integro et totam decimam eiusdem parrochiæ et ecclesiam de Molinis ex integro et totam decimam eiusdem parrochiæ, similiter ecclesiam de Maisnilio Toue ex integro et totam decimam eiusdem parrochiæ, similiter et ecclesiam de Maidreio ex integro et decimas totius parrochiæ, excepta tertia garba, quam habent sanctimoniales sancti Georgii Redonensis, et exceptis duabus garbis masuræ Garzeii, quas habent monachi de Monte, ex dono Algari Constantiensis episcopi ex concessione predictorum fratrum Rannulfi et Guillelmi ecclesiam de Monte Martino ex integro et decimam totius eiusdem parrochiæ, similiter ecclesiam de Helduin Maisnilio et tertiam partem decime, similiter ex dono eiusdem Algari Constantiensis episcopi concessione predictorum fratrum et Gaufridi de Saeio ecclesiam de Cheteuilla ex integro et capellariam de Saeio et ecclesiam de Gouuilla ex integro et decimas earundem parrochiarum, exceptis XXti quartarii orde, quæ de decima parrochiæ de Gouuilla habet Exaquense cenobium, et excepta decima feodi Guisleberti de Hoga in parrochia Cetheuille, ex dono eorundem fratrum decem acras terræ in maretis de Maidreio et terram de Marigneio, ex dono Turgisii Abrincensis episcopi concessione Hamelini de Apentitio ecclesiam et decimas ex integro totius parrochiæ de Apentitio cum cimiterio et terra elemosine ipsius ecclesie, ex dono Hamelini et Stephani Redonensium episcoporum ecclesiam de Loratorio ex integro et totam decimam eiusdem parrochiæ, ex dono Ricardi Baiocensis episcopi dimidiam ecclesiam de Caron cum pertinentiis suis et totam decimam feodi Rogerii de Maton, ex auctoritate uero nostra et predictorum donatorum concessione presentationem et liberam dispositionem capellanorum in supradictis ecclesiis constituendorum, ex dono Iacobi de sancto Hylario et Petri fratris eius decem libratas terræ apud Dallingues, ex dono Fulconis comitis Andegauensis locum de Randenaio cum apendiciis suis, ex dono Iuhelli de Meduana et hominum suorum concessione filiorum suorum grangiam de Merreio cum terris et pratis et aquis et boschis ad ipsam pertinentibus, ex dono Guillelmi presbiteri de Landein ac filiorum eius terram de Marcilleio cum apendiciis suis, ex dono Goslini de Poeio ac filiorum eius capellam de Curua Fossa et quinque acras terræ, ex dono Gillelmi de Landeuri, Ioslini de Poeio ac filiorum eorum terram de Marchesio et terram et molendinum de Habitu Alberti et de Ualle Raimbaldi et Tilleii et riugium [a]quæ Cambæ a Marcilleio usque ad Marchasium et exclusagium molendinorum abbatix cum omnibus ad predictas terras pertinentibus, ex dono Gilonis de Gorram et Radulfi Tornee duas masuras in castello Taunarie et duas partes decimæ ex dono eiusdem Gilonis totius terræ, quæ fuit Guillelmi Pascarin in parrochia sancti Bertini, ex dono Hosmundi Piscis duas garbas terræ suæ de Siluigneio, ex dono et concessione Hugonis et Guillelmi de Silleio et hominum suorum uineas et torcularia et domos, quas habent apud castrum Sillei, ex dono Morelli de Passeio concessione Gaufridi de Meduana masuram de Pontell(o) iuxta Castelliolum, ex dono Guillelmi de Gorram unam masuram in Liuare, ex dono Normanni de Castaneis et Galterii

fili Emmæ et hominum eorundem terram de Castaneis cum apenditiis suis, ex dono Hamelini de Lunigneio terram de Boolosa cum apenditiis suis, ex dono Heruei de Lineriis et Henrici et Roberti filiorum ipsius et hominum ipsorum terram de Doillet et de Marcheis cum apendiciis suis, ex dono Pagani Sanselunæ et Pichon et Guillemi cognatorum eius terram de Galaneria cum apenditiis suis, ex dono Radulfi de Uireio et gnatorum eius Guillelmi et Oliueri et hominum ipsorum concessione Iordanis filii Adam et Alani filii eius elemosinas de terra Gasta cum pertinentiis suis, ex dono Henrici Filgiriarum et hominum suorum terram de Loratorio, ex dono Peregrinæ et Roberti Uiatoris nepotis ipsius concessione Henrici Filgiriensis terram de Monte Roberre et molendinum, quod est sub eodem monte iuxta castrum Filgiriarum, cum apendiciis eorum, ex dono Radulfi Filgiriensis et Petri de sancto Hilario et hominum ipsorum grangiam de Montdagne cum apendiciis suis, ex dono Roberti comitis de Ferreriis quadraginta solidos apud manerium de Gerzelai, ex dono Alani Redonensis episcopi et hominum eius grangiam de Muscon siue de Uals cum omnibus apenditiis eius, ex dono ducis Britannia Noam Gaudrieti, ex dono aliorum quorundam fidelium terram Trembleii et terram Uerneie ad predictam grangiam de Muscon pertinentes, ex dono Conani ducis Britannia grangiam de Campo Florido cum Filgereiis Bellæ Quercus et pratis et nemoribus ad ipsam pertinentibus, ex dono eiusdem Conani et alterius Conani aui eius pasnagium et herbagium et alia ad usus uestros necessaria in omnibus forestis suis, ex dono Roberti de Uitreio grangiam de Faiel cum pertinentiis suis. Preterea de laboribus etc. Libertates etiam seu immunitates ac regias consuetudines a karissimo filio nostro Henrico Anglorum rege rationabiliter uobis et ecclesie uestræ indultas et scripti sui pagina roboratas auctoritate apostolica confirmamus et illibatas perpetuis temporibus statuimus permanere. Si qua uero libera et absoluta persona etc. Adicientes etiam auctoritate apostolica interdiciamus, ne quis fratres uestros clericos etc. Paci quoque etc. Decernimus ergo etc., salua in omnibus apostolicæ sedis auctoritate et diocesanorum episcoporum in predictis ecclesiis canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Alexander catholicæ ecclesiæ episcopus ss. BV.

† Ego Hvbaldus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Gualterivs Albanensis episcopus ss.

† Ego Hvbaldus presb. card. tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Iohannes presb. card. tit. sancte Anastasie ss.

† Ego Albertus presb. card. tit. sancti Laurentii in Lucina ss.

† Ego Guillelmus tit. sancti Petri ad uincula presb. card. ss.

† Ego Oddo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

† Ego Ardicio diac. card. sancti Theodori ss.

† Ego Boso diac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.

† Ego Iohannes diac. card. sanctæ Mariæ in porticu ss.

Dat. Turon. per manum Theodini sanctæ Romane ecclesiæ subdiaconi et notarii V° id. nouembr., indictione undecima, incarnationis dominicæ anno M°.C°.LX°II°, pontificatus uero domni ALEXANDRI PAPE III anno quarto.